Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37905
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv

similiter venerentur. Hoc etiam in duobus festis beati Virgilii scilicet de
posicionis et translacionis et in vigiliis Pasce et pentecosten in maiori
etiam letania et in tribus diebus Rogacionum ipsis facere est concessum.
Siquis autem hoc statuto ausu temerario attemptaverit obviare.
auctoritate beatorum apostolorum Petri et pauli. et beatorum confessorum atque ponti
ficum Rudberti Virgilii. et nostra extunc in antea se sciat excom
municacionis vinculo subiacere. Et ne aliquis ex hoc dubium inci
piat. hanc paginam sigillo nostro et sigillo Capituli nostri iussimus
roborari. Datum apud Salzburg in palacio nostro. Anno ab incar
nacione domini Mº. CCº. xxx. Indicione viij. Kl. decembris. Ertzbischofs Eberharts
brief vmb. iiij. lb. gelts zu der frawn leingwat, auf den güttern ze Ainrach ze Ekk ze lachen ze Tewfenpach.:

UB III n 1051 — 1244 VIII 20 — n. 5

Eberhardus dei gracia Salzburgensis Archiepiscopus apostolice sedis legatus
Vniversis Christi fidelibus presentem paginam intuentibus Salutem
in domino. Quia nullum bonum est nisi pulchrius lucescat si compleatur
noticia plurimorum. Ideo presenti scripto constare volumus tam presentibus
quam futuris. quod defectum attendentes. quem dilecte in Christo filie
Sanctimoniales sancti Petri apud Salzburg precipue in vestibus lineis
paciuntur. moti visceribus pietatis. huiusmodi defectui succurrere cupi
entes eis apud Ainrach et apud Ekke. Quatuor librarum redditus
necnon quartam vnam in Lachen. et aliam quartam in Tevfen
pach. solventes Caseos Quadringentos. sive libras quatuor. cum
plenitudine contulimus potestatis. taliter ordinantes vt Magistra
Sanctimonialium predictarum memoratos redditus. Octo librarum sub eius regi
mine. sive potestate teneat. et cuilibet moniali de ipsis redditibus
pannum lineum pro una Camisia amministret. omnimodis prohibentes.
ne occasione talis consolacionis consuetis vestibus a Monasterio mo
niales priventur aliquatenus expedicione. Ne etiam presenti elemosina.
per nos aut nostros successores valeant in posterum defraudari. in eui
dens testimonium et cautelam. Sigillo nostro presentem Cartam iussimus
roborari. Huius etiam rei testes sunt Otto prepositus Salzburgensis. Fridericus
de libenz Canonicus Salzburgensis. Herolchus de Matse Rudgerus de
Pertheim. Vlricus de Chalhaim. karolus de Seginingen. Heinricus
de Prunningen Truchsess hagarij. ysengrimus. walchunus Cives
Salzburgenses. Heinricus de Mosen et alij quam plures. Datum Anno
apud Salzburch. Anno domini Mº. CCº. xliiij. xiij. kal. Sept. Indicione secunda.